

Rhod. Asp.

Aspastikon (Autobiographisches Gedicht über den Wechsel nach Stralsund)

Hauptverantwortlicher Editor: Thomas Gärtner

Einleitung

Die Edition beruht auf dem Jenaer Druck von 1598 sowie der Neuedition von Gärtner aus dem Jahr 2020 (GÄRTNER 2020c, 50–53).

Mit dem lateinischen *Aspastikon* verabschiedet sich Rhodoman poetisch von der Universität Jena und grüßt seinen neuen Tätigkeitsort Stralsund. Der Abschied ist inszeniert als Wettstreit zwischen Thüringen und Sachsen. Ausgangspunkt ist Rhodomans Wechsel von Lüneburg nach Walkenried. In V. 15–37 erscheint dem Dichter die personifizierte *Saxonia* und prophezeit ihm seine Rückkehr in 15 Jahren. Im folgenden Abschnitt (V. 38–62) berichtet Rhodoman zunächst über seine Tätigkeit und Werke in Walkenried sowie anschließend über seine Professur in Jena (V. 63–97). Nach Ablauf der 15 Jahre in den thüringischen Orten Walkenried und Jena geht nun die damalige Prophezeiung der *Saxonia* in Erfüllung. Der letzte Teil (V. 98–182) gilt seiner neuen Tätigkeit als Schulrektor in Stralsund und dem Abschied von Jena.

Auch wenn in der Rede der *Saxonia* Rhodomans vorangehende Lebensstationen in Harburg, Rostock und Lüneburg erwähnt werden und somit Rhodomans gesamte Biographie berührt wird, kann man das *Aspastikon* durch seinen Ausgangspunkt von Walkenried aus auch als Fortsetzung von Rhodomans autobiographischem *Bioporikon* aus dem Jahr 1582 lesen. Die Sicht auf die eigene Wirkung ist allerdings deutlich positiver als im *Bioporikon* (vgl. GÄRTNER 2016, 306). [SW]

Systematisierung

Sprache/Versmaß	Latein, Hexameter (hex)
Verse (gesamt)	182
Werkgruppe	Gelegenheitsdichtung
Gattungszuordnung	Autobiographisches Gedicht
Gattungszuordnung (Rh.)	Aspastikon
Schaffensphase	Jenaer Periode

Überlieferung (Druck)

Titel	ΑΣΠΑΣΤΙΚΟΝ Μ(agistri) Laurentii Rhodomani Ρ(oetae) Caes(arei) quo Tyrigetiae, patriae suae cariss(imae) patriaeque patribus, ill(ustrissimis) Saxoniae ducibus dominis et nutritoribus clementiss(imis) ut et consiliariis prudentissimis et Acad(emiae) Salanae, hospitae benignae, cum professoribus in ea clarissimis, collegis honorandis, ac discipulis horum diligentiss(imis) in Saxoniam, nutriticem s(uam) antiquam, ad gymnasii in inclyta Stralsunda gubernationem σὺν θεῶ καὶ Μούσαις abiturus valedixit mense Didymone, anno Christi MDIIC
Autor	Rhodoman, Lorenz
Ort / Drucker / Jahr	Jena · Steinmann, Tobias · 1598
Entstehung (Text) verm.	Im Monat "Didymon" 1598 (Angabe Titelseite)
Seitenabschnitt(e)	Ganzschrift
VD 16	R 2089
Wichtige Standorte	RSB Zwickau · 6.6.7.(13); HAB Wolfenbüttel · A. 61.6 Poet. (34); ThULB Jena · 4 Op.theol.VI,29/2(57)
Literatur	GÄRTNER 2016, 306; LANGE 1741, 347-349; GÄRTNER 2020c, 50-56 (Edition und Kommentar)
Personenbezüge	Domann, Johann; Schlüsselburg, Conrad
Ortsbezüge	Stralsund; Jena

ΑΣΠΑΣΤΙΚΟΝ
M. Laurentii
Rhodomani
P(oetae) Caes(arei)
quo
Tyrigetiae, patriae suae
cariss(imae) patriaeque
patribus, ill(ustrissimis) Saxoniae
ducibus dominis et nutritoribus clementiss(imis)
ut et consiliariis prudentissimis
et Acad(emiae) Salanae,
hospitae benignae, cum
professoribus in ea clarissimis,
collegis honorandis, ac discipulis
horum diligentiss(imis)
in Saxoniam, nutricem s(uam)
antiquam, ad gymnasii
in inclyta Stralsunda gubernationem
ὄν θεῶ καὶ Μούσαις abiturus valedixit
mense Didymone, anno Christi
MDIIC

Annus erat, Scythiae quo Moschicus ille tyrannus,
 Livonii populator agri, iam Marte subactus
 morte (quod indignum) sicca descendit ad Orcum,
 quando e SAXoniae gremio, quae grata benigne
 5 per tria lustra meis concesserat ocia Musis,
 TYRigetum natale solum me sponte vocabat,
 ut CHRISTI praeco mystesque haec sacra colentum
 artibus in logicis cultisque in moribus essem,
 hic ubi VALCRODIUS dociles bene nutrit alumnos
 10 lucus ad HERCyniae praegnantia tesqua metallis.
 quid facerem? huc patriae me amor, huc tractabat
 amicis
 SAXonia officii, veluti patria altera dudum
 cognita. dumque haeret dubiae sententia mentis,
 sic tamen, ad patriae magis ut propendeat usum,
 15 SAXonis, heroum genetrix Mavortia et artem
 nunc Marti socians, blande mihi vellicat aurem.
 fallor, an hanc coram manifesta in luce tuebar?
 dextra tenet gladium, clypeum fert laeva, coronam
 vertex turrigeram; clypeum Gradivus honestat
 20 Oceanique potens deus et quae praesidet agris.
 „sic me“, ait, „hinc properans vis linquere? tam cito nostri
 cura animo fugit? an meriti te nulla retardat
 gratia? quae claram duxi te ad principis arcem
 informare duces tenera iam pube vigentes,
 25 concordem iunxi nympham titulumque magistri,
 WARNUS ubi fundit sophias uberimus undas
 praeside CHYTRAEO, mihi qui decus adicit ingens,
 et bis rectoris tribui tibi munus, ad undas
 pisciferas SVERINAtum semel, inde vetustum
 30 ad LUNAE, quod sal vena beat ubere, castrum.
 ter quoque iucunda feci te prole parentem.
 plus maiusque darem, si non mihi raptus abires.
 perge tamen. quis enim fati obsisteret? ast hoc
 interea non vana tibi praenuncio vates:

35 non tibi ter quinos Titanius exiget annos
 axis, ubi nostro reducem te climate sistam,
 quod nihil impedit, vires modo Numina servant.“
 haec effata oculis se subtrahit illa volentis
 40 contra non vanas abitus exponere causas,
 inter quas magni prudentia GERSTENBERGI
 me vocitans et doctiloqui vox fida NEANDRI
 exhortans stimulos animo subiecit honestos,
 qui patriae in primis natum se ad commoda norat.
 45 ergo Dei quoniam sic visa iubere voluntas,
 auferor in patriam. cupidis me Naiades ulnis
 excipiunt, lectosque omni de monte Napeae
 Hercyniae accumulans flores texuntque corollas,
 perque annos, quot habent stellas vel habere putantur
 50 Pleiades, erudio iuvenes doceoque popellum,
 non frustra: nec enim fructu labor ille carebat.
 inde probata Deo, mortalibus apta ministros
 qui dicant faciantque suos respublica ad usus
 accepit. nam quid schola, quae pietatis et artis
 55 cultura viget? alveolus, qui examine crebro
 mellificas passim volucres diffundit in agros,
 ut vario succos carpant e germine et inde
 ambrosio vacuas distendant nectare cellas.
 hic mihi Relligio doctis iurata Camaenis
 60 sacra Palaestinae dictavit carmina terrae,
 extulit aetherias quae candida Fama per auras.
 hic et Maeonidae radio contextus ARION
 TROIAque cum THEBIS lucem conspexit et ARGO.
 caetera praetereo. sed me fatalis IENAM
 sors tulit. heroo nam sic de sanguine natis
 65 SAXONIAE placuit DUCIBUS, quos diligit altum
 ad caelum nitens Pietas. hic septima nobis
 aestas decurrit, gnavae dum monstro iuventae,
 Romanae et Graiae quae sit via recta loquelae
 et Sophiae ad fontem, perque ocia condo libellos.
 70 nam, DIODORE, mihi tua Bibliotheca Latino
 redditur eloquio, mihi versio prima COINTI
 SMYRNAEI nova fit lucemque, ut SICULUS, optat.
 doctrinae hic sacrae mysteria cuncta minutis
 complexus summis, quas Numinis aura benigni
 75 sanctior afflavit, Graiae Latiaeque Camaenae
 vestibus indutas iussi volitare per orbem.
 plura daturus eram. nam me praecone volebat
 altius ad coelum GERMANIA tollere frontem.
 non pecco, Nemesis, IOVAE si dona locarim,
 80 ut possim: nihil (heu!) notas supra arrogo vires.
 excussit manibus calamum sed Daemonis ardens
 in me odium, primo quod me vexavit ab ortu:
 viva quod exemplis (si vis) documenta probabunt.
 laus tibi, CHRISTE: nihil valuit, nihil ille valebit.
 85 non tamen impediit, fraudis tot retia tendens,
 quominus alticomans cingat mea tempora LAURUS,
 agnoscit vatem dum me celebratque MELISSUS,
 Romanae pater ille lyrae, GERMANUS Apollo,
 cui nunc accedit magni lux SCALIGER orbis.
 90 nostraque, ut Hercyniae quondam per amoe(n)a,
 choreas
 nunc etiam ducunt SALIDES ad carmina nymphae,
 Maeoniosque bibit, quisquis cupit, aure lepores.
 mens erat hic, RUTAE sub odorae mitibus umbris,
 quicquid erat reliquum, placide traducere, vitae,

95 quaeque mihi dederant, absolvere texta, Camaenae.
 sed me alio mea fata trahunt. iam temporis hora est,
 vaticinata pio quam SAXONIS ore canebat.
 BALTHIDOS extremis in finibus Amphitrites
 100 urbs iacet, armigeros Herulos ubi RUGIA quondam
 exciit Ausoniae nimium Romaeque timendos,
 haud lato disiuncta freto, quod nomen adoptat
 (SUNDA fretum prisco nam Teutonis ore vocatur),
 armis, divitiis et civibus atque benigni
 105 commoditate loci praestans, POMERANIDOS astrum,
 cuius ob imperium quondam Neptunus et illi
 iuncta Ceres Mavorsque diu certamen habebant,
 cum MUSIS PIETAS placido quod fine diremit.
 huc vocor, ut sanctis doceam cum moribus arteis
 et linguas, sine quis ecclesia lumine cassa est.
 110 quid renuisse iuvat? patrum consensus et una
 mens populi, quin et tenerae pia vota cohortis
 me sibi deposcunt, doceat qui rite, magistrum.
 obsequor ergo DEO, sortem qui temperat istam,
 meque bonis trado, mihi qui sua pignora tradunt
 115 et bene degendae spondent accommoda vitae.
 CHRISTE, fave ceptis: feret hinc tua gloria fructum.
 nunc mea TYRigetis, patria o carissima, salve
 aeternumque vale! tu das mihi gentis honestae,
 quamvis haud clarae, proavos, quique inde creati
 120 in gremioque tuo sancte post fata quiescunt,
 das mihi patronos orbo, das inde magistros,
 das alimenta inopi, das denique munus honestum.
 sis felix: te Mars numquam devastet et ardens
 Vulcani furor et saevae contagio pestis.
 125 perpetuo gravida tibi messe exuberet arum,
 dulce fluens plenis spumet vindemia labris,
 innumerosque edas, per quos tua gloria crescat.
 iam vos, o PATRES PATRIAE, qua, quaeso, per altum
 aethera laude veham? grates quas solvere tantis
 130 pro meritis? nostros superant haec ardua versus.
 praemia et hic et ibi vobis DEUS aequa rependat.
 vobis sceptrigeri magis accumulentur honores
 et magis: omnigenum vos copia larga bonorum
 ditet et in serum CHRISTUS vos sospitet aevum.
 135 quorum cultor ero, donec mihi vita manebit.
 vos, qui consiliis tantas solertibus aulas
 ad iussum Themidos regitis, qui dura levatis
 pondera SAXONIAE DUCIBUS: vos dia serenet
 PALLAS et in recto bene ducat tramite VIRTUS
 140 et PIETAS vobis, quae sint prosperrima, donet.
 inter et hos, fidum DUCIBUS quem fecit Achaten
 alma DEI bonitas, TE, GERSTENBERGE, coronet
 omne bonum. nam tu, coelo quod maximus Atlas,
 iam terrae praestas longoque hinc tempore praestes.
 145 si te non omni venerabor honore, patronum
 ut decet eximium, cito vita hos exuat artus.
 nunc tu, IENA, mihi nimium dilecta, supremum
 vatis habe munus, si fors nihil amplius addam.
 feci, quod potui, facturus plura: sed obstat
 150 invida sors cupido. tibi sit vigor iste perennis,
 quem tibi cum MUSIS PIETAS indulget et ardens
 SAXonidum virtus, te postera laudet ut aetas.
 et vos, COLLEGAE, quorum mihi candor amorem
 testatur fidum studiisque est cognita virtus,
 155 vos pubes veneretur, amet celebretque per orbem

spectatos meritis, vestro dum se ore propaget
 cum MUSIS PIETAS, cum morum examine VIRTUS.
 tu quoque SALANI pubes studiosa Lycei,
 quod mihi praestiteris meritum reverenter honorem,
 160 te redamo et dignam refero tibi carmine laudem.
 te DEUS et MUSAE decorent, ut cultibus aucta
 ingenii et morum et (Charis haec est tertia) linguae
 optatum de te capiat respublica fructum.
 terra vale, schola docta vale, salvete benigni
 165 o DOMINI, salvete pii cum pube magistri
 atque valete diu. nunc tu, carissima nutrix,
 SAXONIS, O SALVE. tibi ME, tibi reddo, quod in ME est.
 nunc, quos trado tibi, complectere, SUNDA, penates
 meque meamque fidem simul accipe, fida quod optas,
 170 cumque fide, studii quicquid tibi reddere possim
 enixi, seros duret quod ad usque nepotes.
 salve: te DOMINI favor o beet, ampliet, ornet
 iam spirans, Scythias et noxia pellat ad oras.
 urbs opibus crescat, Prudentia iusta senatum
 175 condecoret, Virtus cum Relligione modestos
 contineat cives. et vos, duo lumina SUNDAE,
 SLYSSELBURGE, DEI qui fidus ovile gubernas,
 et DOMANE, Themis quo praeside, Musa patrono
 iudiciis doctisque operis bene temperat urbem,
 180 vos quoque, consortes operum quos spero fideles,
 vosque alii salvete DEO, salvete Camoenis
 AC MIHI. FUNDEMUS TERRAM, PLANTEMUS OLYMPUM.

FINIS

**„Grußgedicht“
des Magister Lorenz
Rhodoman,
eines kaiserlich bekränzten Dichters,
in welchem er
Thüringen, seinem hochgeschätzten Vaterland,
und den Vätern des Vaterlands, den berühmten Herren Herzögen
von Sachsen und seinen höchst gnädigen Ernährern,
wie auch deren höchst klugen Ratgebern und der Saale-Akademie [Jena],
seiner gütigen Gastgeberin, samt den hochberühmten Professoren an dieser,
seinen ehrenwerten Kollegen, und deren höchst gewissenhaften Schülern
bei seinem mit Hilfe Gottes und der Musen bevorstehenden Weggang
nach Sachsen, seiner alten Nährerin, zum Zwecke des Rektorats
über das Gymnasium im berühmten Stralsund
seinen Abschiedsgruß entrichtete
im Monat Didymon (?), im Jahre des Herrn
1598**

Es war das Jahr, in welchem der in Moskau residierende Tyrann über die Skythen,
der Verwüster des livonischen Gebietes, bereits im Krieg geschlagen,
mittels eines unblutigen Todes (was schlecht zu ihm passt) in den Orkus herabstieg,
als mich THÜRINGen, mein Heimatland, freiwillig wegberief
5 aus dem Schoße SACHsens, welches gütig drei Jahrfünfte lang
meinen Musen eine angenehme Ruhestätte geboten hatte,
so dass ich Verkünder CHRISTI und Priester derer, die diese heilige Lehre verehrten,
in der wissenschaftlichen Kunst und in der Ausbildung der sittlichen Charaktere war
dort, wo der Wald von WALKENRIED seine gelehrigen Zöglinge gut erzieht
10 in der von Bergwerken ertragreichen Landschaft des HARzes.
Was hätte ich machen sollen? In die eine Richtung zog mich die Liebe zu meinem Vaterland,
in die andere SACHsen mit seinen freundlichen Dienstleistungen, das ich schon lange wie mein zweites Vaterland
anerkannt hatte. Und während die Entscheidung meines zweifelnden Sinnes zögert,
jedoch so, dass sie mehr dem Nutzen meines Vaterlandes zuneigte,
15 da zupfte mir SACHsen, die Mutter kriegerischer Helden, das jetzt auch Bildung
zur Kriegskunst hinzufügt, sanft ans Ohr.
Täusche ich mich, oder sah ich dieses (Sachsen) vor meinen Augen in klarem Lichte?
Seine Rechte hält das Schwert, die Linke trägt einen Schild, das Haupt eine
turmtragende Krone; den Schild veredelt der Kriegsgott (Mars),
20 der Gott, der Gewalt hat über das Meer [Neptun], und diejenige (Göttin), die über die Felder herrscht [Ceres].
Sachsen sprach: „So willst Du mich also, von hier forteilend, verlassen? So schnell flieht
die Sorge um mich aus Deinem Sinn? Oder hält Dich überhaupt kein Dank für meine
Verdiensteste zurück? Ich war die Instanz, die Dich zu einem berühmten Fürstenhof führte,
um dort die Jungfürsten zu erziehen, die bereits in ihrer zarten Jugend erblühten;⁽¹⁾
25 ich war es, die Dir eine einträchtige Braut zuführte und den Titel eines Magisters
dort, wo die WARNOW höchst ergiebig die Wogen der Weisheit strömen lässt
unter dem Vorsitz des CHYTRAEUS, der mir gewaltige Zierde verleiht.⁽²⁾
Und zweimal gab ich Dir das Amt eines Rektors, einmal an den fischreichen
Wogen der SCHWERINER, einmal im sehr alten LÜNEburg,
30 welches Salz mit einer ergiebigen Ader bereichert.
Dreimal machte ich Dich auch durch angenehmen Nachwuchs zum Vater.
Noch mehr und Größeres würde ich Dir geben, wenn Du mir nicht geraubt fortgingest.
Aber nur zu! Wer könnte nämlich seinem Schicksal widerstehen? Aber dies
sage ich Dir inzwischen voraus als ein nicht irriger Seher:
35 Der Wagen des Sonnengottes wird Dir nicht dreimal fünf Jahre vollenden,
bevor ich Dich, wieder zurückgekehrt, in unsere Klimaregion zurückhole;
dies wird keine Macht verhindern, wenn nur die Schicksalsgottheiten ihre Kraft bewahren.“
Dies sprach Sachsen aus und entzog sich meinen Augen, der ich meinerseits
die nicht unbedeutenden Gründe meines Weggehens ausführen wollte.
40 Unter diesen Gründen versetzten vor allem die Klugheit des bedeutenden GERSTENBERGER⁽³⁾,
der mich (nach Thüringen) rief, und die zuverlässige Stimme des gelehrten NEANDER,

die mich ermunterte, meinem Herzen ehrenhafte Impulse zum Weggang;
 und dies (mein Herz) wusste, dass es zu allererst zum Vorteil seines Vaterlands geboren war.
 Da also der Wille Gottes es so zu befehlen schien,
 45 eile ich zurück in mein Vaterland. Die (thüringischen) Wassernymphen nehmen mich mit
 gierigen Umarmungen auf, und die Waldnymphen häufen mir Blüten auf,
 die sie von jeglichem Berg des Harzes gesammelt haben, und weben mir Kränze.
 Und ebenso viele Jahre lang, wieviel Sterne die Plejaden tatsächlich haben oder angeblich
 50 haben sollen, erziehe ich die Jünglinge und unterweise das junge Volk,
 nicht ohne Erfolg: Denn jene Mühe blieb nicht ohne Frucht.
 Von dieser Schule (in Walkenried) empfing das Gemeinwesen Diener,
 die Gott Gefälliges und Menschen Nützlichtes reden und handeln sollen zu seinem Vorteil.⁽⁴⁾
 Denn was ist eine Schule, die durch die Pflege von Frömmigkeit und Bildung
 55 floriert? Eine Bienenwabe, die in dichtem Schwarm
 die honigschaffenden Flugwesen weithin in die Felder aussendet,
 damit sie aus den verschiedenen Früchten den Saft absaugen und mit diesem Saft
 die leeren Zellen (der Wabe) durch ambrosischen Nektar ausdehnen.⁽⁵⁾
 Hier (in Walkenried) diktierte mir die Religion, die sich mit den gelehrten Musen verschwor,
 60 das geheiligte Gedicht über das Land von Palästina,⁽⁶⁾
 welches die strahlende Göttin des Ruhmes (die Fama) durch die himmlischen Lüfte trug.
 Hier erblickte auch der *ARION*, vom Spinnrocken Homers gewoben,
 und (das Gedicht über) *TROJA* zusammen mit *THEBEN* das Licht (der Welt) und die *ARGO* [d.h. das
 Argonauten-Gedicht] –⁽⁷⁾
 Alles übrige lasse ich beiseite. Aber dann brachte mich das Los des Schicksals
 nach JENA. Denn so gefiel es den HERZÖGEN von SACHSEN,
 65 die von heroischem Blute stammten, welche die Frömmigkeit liebt,
 die zum hohen Himmel strebt. Hier (in Jena) vergeht mir
 der siebente Sommer, während ich der eifrigen Jugend zeige,
 was der rechte Weg ist zur Quelle der römischen und griechischen Sprache
 wie auch der Weisheit, und in meiner Freizeit verfasse ich Bücher,
 70 Denn Deine *Bibliothek*, *DIODOR*, wird von mir in lateinischer Sprache
 wiedergegeben, und meine erste Übersetzung des *QUINTUS* von *SMYRNA*
 wird von mir erneuert und drängt zum Licht – wie der *SIZILIER* (Diodor).⁽⁸⁾
 Hier umfasste ich sämtliche Mysterien des heiligen Katechismus in kleinen
 Zusammenfassungen, welche der gütige Hauch des Heiligen Geistes
 75 gesegnet hat, und ließ diese, bekleidet mit den Gewändern der griechischen
 und lateinische Sprache, durch die Welt einherfliegen.⁽⁹⁾
 Noch mehr war ich im Begriff zu produzieren. Denn durch mich als Verkündiger wollte
 DEUTSCHLAND seine Stirn höher zum Himmel emporheben.⁽¹⁰⁾
 Ich mache keinen Fehler, o rächende Göttin der Vergeltung, wenn ich die Geschenke *GOTTES* so zur Geltung
 bringe,
 80 wie ich es vermöchte: Nichts (weh) beanspruche ich über die mir bekannten Kräfte hinaus.
 Aber der brennende Hass eines Dämons⁽¹¹⁾ gegen mich schlug den Griffel
 aus meinen Händen, der mich seit meiner frühesten Geburt quälte:
 Dies werden lebendige Beweise anhand von Beispielen (wenn Du es willst) beweisen.
 Lob sei Dir, *CHRISTUS*: Er (Satan) vermochte nichts, und er wird nichts vermögen.
 85 Dennoch verhinderte er nicht, obwohl er mir so viele Netze des Trugs spannte,
 dass in der Höhe grünender *LORBEER* meine Schläfen umwindet,
 während mich *MELISSUS* als Poet anerkannte und feierte,
 jener Vater der römischen Leier, der *DEUTSCHE Apoll*,⁽¹²⁾
 zu dem sich nun *SCALIGER*, der helle Lichtglanz des großen Erdkreises, gesellt.
 90 Und zu unseren Dichtungen führen auch jetzt, wie einstmals in der schönen Landschaft des Harzes,
 die *SAALE*-Nymphen ihre Reigentänze auf,
 und wer immer es wünscht, saugt die homerischen Anmut(meiner Gedichte) mit seinem Ohr auf.
 Meine Absicht war es hier, unter den milden Schatten der duftenden Bäume nahe der *RODA*,⁽¹³⁾
 alles, was mir an Lebenszeit noch verblieb, in Stille zu verbringen
 95 und die Gewebe, welche mir die Musen aufgetragen hatten, zu vollenden.
 Aber jetzt zieht mich das Schicksal anderswohin. Schon ist die Stunde der Zeit gekommen,
 welche einst *SACHSEN* aus mir verpflichtetem Munde verkündete.

Im äußersten Bezirk des BALTISCHEN Meerbusens
 liegt eine Stadt, wo RÜGEN einstmals die waffenführenden Heruler
 100 in Bewegung setzte, die für Italien und Rom über die Maßen furchterregend waren,
 Rügen, das durch keine breite Meerenge getrennt ist, die ihrerseits den Namen (der Stadt) gibt
 (denn „SUND“ wird eine Meerenge in der alten Sprache der Deutschen genannt);
 die Stadt (Stralsund) ragt durch Waffen, Reichtum, Bürger und die freundliche
 Bequemlichkeit ihrer Lage hervor, der Stern des POMMERSCHEN Landes,
 105 um dessen Herrschaft erstmals der Meeresgott Neptun und, mit jenem verbunden,
 die Landgöttin Ceres sowie der Kriegsgott Mars eine lange Auseinandersetzung hatten,
 welche die Göttin der FRÖMMIGKEIT mit den MUSEN durch eine friedliche Entscheidung schlichtete.⁽¹⁴⁾
 Hierher werde ich nun berufen, um neben frommer Gesinnung die Künste
 und die Sprachen zu unterrichten, ohne welche eine Kirchengemeinde ihres Lichtes beraubt ist.
 110 Was freut es da abzulehnen? Die übereinstimmende Meinung der Stadtväter und zugleich
 der Wille des Volkes, und ferner auch der fromme Wunsch der jungen Schülerschaft
 verlangen nach mir als ihrem Lehrer, der sie gebührend unterweisen soll.
 Und so gehorche ich also GOTT, der dieses Los bestimmt,
 und vertraue mich den guten (Stralsundern) an, die mir ihre Kinder anvertrauen
 115 und mir angemessene Gaben versprechen, mein Leben angemessen zu fristen.
 CHRISTUS, begünstige meine Vorhaben: Davon wird Dein Ruhm die Frucht tragen.
 Nun sei begrüßt, mein THÜRINgen, hochgeschätztes Vaterland,
 und lebe auf ewig wohl! Du gibst mir Vorfahren von anständiger,
 obwohl nicht berühmter, Abstammung, die von dort ihre Herkunft ableiten
 120 und in Deinem Schoß mit Anstand nach ihrem Tode ruhen,
 Du gibst mir, dem Waisen, Beschützer, dann gibst Du mir Lehrer,
 Du gibst mir, dem Mittellosen, Nahrung, und Du gibst mir schließlich ein anständiges Amt.
 Mögest Du glücklich sein; so möge Dich niemals der Krieg verwüsten und die brennende
 Wut des Feuergottes und die Befleckung der grausamen Pest.
 125 Möge Dir für alle Zeiten Deine Flur in reifer Ernte erblühen,
 möge Deine Weinlese, süß überströmend, aus vollen Keltern schäumen,
 und mögest Du unzählige Nachkommen hervorbringen, durch die Dein Ruhm wachsen soll.
 Und jetzt: mit welchem Lobpreis soll ich Euch, Ihr VÄTER DES VATERLANDS, hoch durch
 den Himmel geleiten? Welchen Dank soll ich Euch zollen für so gewaltige
 130 Verdienste? Diese Schwierigkeiten übertreffen die Kraft meiner Verse.
 Möge sowohl hier (auf Erden) als auch dort (im Himmel) Euch GOTT gerechte Belohnungen verleihen.
 Mögen zeptertragende Ehren mehr und mehr über Euch
 gehäuft werden; möge eine gewaltige Menge von Gütern jeglicher Art
 Euch bereichern und möge CHRISTUS Euch bis ins hohe Alter am Leben halten.
 135 Ich werde Euer ergebener Diener sein, solange mir das Leben erhalten bleibt.
 Ihr, die Ihr durch Eure künftigen Ratschläge so gewaltige Höfe
 nach den Weisungen der Göttin der Gesetze lenkt, die Ihr die harten Lasten (der Regierung)
 erleichtert für die HERZÖGE VON SACHSEN: Möge Euch die göttliche PALLAS [Athene/Minvera]
 erheitern und die TUGEND auf rechtem Pfad gut leiten
 140 und die FRÖMMIGKEIT Euch die denkbar günstigsten Gaben schenken.
 Und im Kreise dieser Persönlichkeiten möge DICH, GERSTENBERGER,
 den die nährende Güte GOTTES zu einem treuen Achates⁽¹⁵⁾ für die FÜRSTEN machte,
 jegliches Gut bekränzen. Denn Du vollbringst für die Erde jetzt das,
 was der gewaltige Atlas für den Himmel vollbringt – und mögest Du es von jetzt an noch für lange Zeit vollbringen.
 145 Wenn ich Dich nicht mit jeglicher Ehre honoriere, wie es sich gegenüber einem herausragenden
 Patron gehört, so möge das Leben sogleich diese meine Glieder verlassen.
 Jetzt habe Du, JENA, von mir über die Maßen geliebt, die letzte
 Gabe Deines Poeten, wenn ich denn etwa nichts weiter hinzufügen werde.
 Ich habe getan, was ich konnte, in der Absicht, noch mehr zu tun; aber meinem Wunsche
 150 steht das neidische Geschick im Wege. Möge dir für alle Zeiten diese Frische bleiben,
 welche Dir die FRÖMMIGKEIT zusammen mit den MUSEN verleiht und die brennende
 Tugend der SACHSEN, auf dass Dich die späteren Generationen noch loben.
 Und Ihr, KOLLEGEN, deren Freimut mir Eure treue Zuneigung
 bezeugt und deren Tüchtigkeit mir bekannt ist durch Eure Mühen,
 155 möge Euch die Jugend verehren, lieben und preisen überall auf der Welt,
 die ihr bewährt seid durch Eure Verdienste, solange sich nur durch Euren Mund fortpflanze
 die FRÖMMIGKEIT zusammen mit den MUSEN und die TUGEND zusammen mit der wägenden Moral.

Auch Dir, eifrig bemühte Jugend des SAALE-Lyzeums,
 erwidere ich Deine Zuneigung, da Du mir respektvoll die verdiente Ehre erwiesen hast,
 160 und statte Dir verdientes Lob durch mein Gedicht ab.
 Mögen GOTT und die MUSEN Dich auszeichnen, damit das Gemeinwesen,
 gefördert durch die Bildung Deines Intellekts und Deiner Sitten und Deiner Sprachfertigkeit (das ist die dritte
 Grazie),
 die erhoffte Frucht von Dir ernten möge.
 Leb wohl, mein Land, leb wohl, meine gelehrte Schule, seid begrüßt, Ihr gütigen
 165 LANDESHERRN, seid begrüßt, Ihr frommen Lehrer mitsamt der Jugend
 und lebet wohl für lange Zeit! Und nun: SEI DU GEGRÜSST, hochgeschätzte Nährerin.
 SACHSEN. Dir gebe ich MICH zurück; Dir gebe ich, was (an Stärke) in MIR liegt.
 Nun nimm auf, STRALSUND, den Hausstand, den ich Dir übergebe,
 170 und nimm mich und meine Treue zugleich bei Dir auf, was Du Dir in Deiner Treue wünschst,
 und nebst meiner Treue auch alles, was ich Dir an bemühtem Studium
 geben kann, was bis zu unseren Enkeln hin Bestand haben möge.
 Sei begrüßt. Möge Dich die Gunst des HIMMLISCHEN HERRN nunmehr in ihrer Lebendigkeit
 beglücken, bereichern und segnen sowie alles Schädliche bis an die Küsten der Skythen vertreiben.
 Möge die Stadt in ihrem Reichtum wachsen, möge gerechte Klugheit ihren Senat
 175 schmücken, möge die Tugend zusammen mit der Gottesfurcht ihre bescheidenen
 Bürger beschützen. Und Ihr beiden Glanzlichter von STRALSUND,
 SCHLÜSSELBURG,⁽¹⁶⁾ der Du zuverlässig die Herde GOTTES lenkst,
 und Du, DOMANN,⁽¹⁷⁾ unter dessen Vorsitz die Göttin des Rechts und unter dessen Schutz die Muse
 mit ihren Urteilen bzw. mit ihren gelehrten Werken die Stadt trefflich organisiert,
 180 und auch (Ihr Kollegen), die ich mir als treue Teilhaber an meinen Werken erhoffe,
 und Ihr anderen, seid begrüßt von Gott, seid begrüßt von den Musen
 UND VON MIR. LASST UNS DIE ERDE BEBAUEN, JEDOCH DEN HIMMEL BEPFLANZEN!

ENDE

Anhang

Sachanmerkungen

- (1) Gemeint ist Rhodomans Zeit als Prinzenzieher; zu diesem Lebensabschnitt vgl. Rhod. *Biop.* 192–196, die elegischen Dichtungen zwischen Rhodoman (Rhod. *Rhod. Mau.*) und Mauer sowie Rhodomans Brief an Joachim Westphal vom 11. Oktober 1570.
- (2) Rhodomans Studienzeit an der Universität Rostock. Vgl. Rhod. *Biop.* 209–224.
- (3) Marcus Gerstenberger (1553–1613), arbeitete zunächst als Kanzler für die Grafen von Hohnstein und erhielt in dieser Eigenschaft eine nur handschriftlich überlieferte Privatwidmung von Rhodomans *Homerus confutatus*. Siehe Rhod. *Gerst.*
- (4) Oft wiederholter Grundsatz von Rhodoman. Vgl. Rhod. *Arion* 66; Rhod. *Tro.*² 5 etc.
- (5) Zum Bienenvergleich siehe auch Rhod. *Protr.* 122–128. Vgl. auch Gärtner 2017, 112–114.
- (6) 1589 erschienenes Hauptwerk von Rhodoman.
- (7) Gemeint ist die 1588 unter Neanders Namen anonym veröffentlichte Sammlung *Argonautica. Thebaica. Troica. Ilias parva*.
- (8) Beide Werke erschienen erst 1604, als Rhodoman Professor in Wittenberg war, wurden aber von Rhodoman mit langem Vorlauf geplant, der immer wieder durch Schwierigkeiten mit Druckern behindert wurde.
- (9) Gemeint sind die 1596 erschienenen *Theologiae Christianae Tirocinia* (Rhod. *Tir.*).
- (10) Gemeint ist Rhodomans Projekt einer *Germanis*.
- (11) Vgl. auch Rhod. *Coc.lon.* 1,20. Dagegen in einem Epigramm über das Scheitern der *Germanis*, welches dem *Katechismus* Rhodomans beigegeben ist, übernimmt der personifizierte *Pthonos* die Rolle des böswilligen Gegenspielers.
- (12) Rhodoman bezieht sich auf seine Dichterkrönung durch Paul Melissus Schede.
- (13) Fluss, der in Jena in die Saale mündet.
- (14) Die Verse 98–107 über Stralsund haben noch lange nach Rhodomans Tod literarischen Nachhall gefunden: Sie werden (ohne Variante) 1744 in einem handschriftlichen Hymenaeus auf die Hochzeit zwischen Adolf Friedrich von Schleswig-Holstein-Gottorf (dem späteren König von Schweden) und Ulrike von Preussen (überliefert im Druck der BSB München eines anderen, deutschen Gedichts zu dieser Hochzeit, VD18 90418646) von dem Stralsunder Rektor Adolf Gideon Bartholdi zitiert. Sie werden eingeleitet innerhalb einer Apostrophe an Stralsund mit folgenden Worten: Ille tuus quondam Rhodomanus, Apolline dignus / Vates, ore potens Graio pariterque Latino, / Gloria quanta ferat te sursum, Sunda, laudat und abgeschlossen mit Sic cecinit vates, tua quondam gloria, Sunda, / Laudes et nomen memorabile gentis et urbis.
- (15) Gefährte des Aeneas, hier Chiffre für treuen Begleiter.
- (16) Conrad Schlüsselburg (1543–1619), ab 1594 Oberpfarrer in Stralsund, maßgebend beteiligt an der Berufung Rhodomans auf das Rektorat in Stralsund. 1594 schrieb Rhodoman ihm ein Gratulationsgedicht zur Doktorpromotion (Rhod. *Schluss.*). Im Jahr 1604 widmete Rhodoman Schlüsselburgs Predigtsammlung *Postilla Das ist Außlegung der Episteln unnd Evangelien ...* ein längeres lateinisches Beitragsgedicht (Rhod. *Schluss.Post.*).
- (17) Johannes Domann (1564–1618), bedeutender Vertreter der Hanse, seit 1592 2. Syndikus in Stralsund, 1596 Subsyndikus und 1598 Syndikus.

Textkritischer Apparat

(Lat.) tit.13 gubernationem ed. 36 sistam ed.: an visam? at cf. Verg. *Aen.* 2,620 48 quod ed. 90 amoea ed. 94 placidae ed. 169 fidae ed. 173 an Scythi(c)as?

Similienapparat

(Lat.) 1 *Annus erat*] = Ov. *fast.* 3,121 2 *Livonii populator agri*] cf. Sen. *Ag.* 832 (*Arcadii populator agri*) 5 *ocia Muis*] = Auson. *protr.* 7; Mos. 475; Claud. 17 (*Theod.*),66 6 *natale solum*] cf. Ov. *met.* 7,52; Stat. *Theb.* 8,320 et al. 11 *quid facerem? huc patriae me amor*] cf. Ov. *trist.* 1,3,49 (*quid facerem? blando patriae retinebar amore*) 13 *ubiae sententia mentis*] ~ Verg. *Aen.* 11,314 (*d. s. menti*) 16 *vellicat aurem*] cf. Verg. *ecl.* 6,3sq. (*aurem / vellit*); cf. etiam Rhod. *Coc.lon.* 1, 147 18sq. *coronam / ... turrigeram*] cf. Ov. *fast.* 6,321 (*turrigera frontem Cybele redimita corona*) 29 *pisciferas*] nl. 31 *iucunda feci te prole parentem*] ~ Verg. *Aen.* 1,75 (*pulchra faciat te prole parentem*) 34 *vana ... vates*] cf. Sen. *Tro.* 37 (*et vana vates ante Cassandram fui*) 35 *exiget annos*] cf. Ov. *met.* 7,752 (*exigit annos*) 36 *reducem te climate sistam*] cf. Verg. *Aen.* 2,620 (*tutum patrio te limine sistam*) 38 *haec effata*] = Verg. *Aen.* 4,499 et al. 39 *vanas ... exponere causas*] ~ Lucr. 3,316 (*caecae e. c.*) 41 *doctiloqui ... Neandri*] cf. Rhod. *It.Lips.* 296 (*doctiloquo ... Neandro*) 45 *cupidus ... ulnis*] cf. Ov. *met.* 11,63 (*invenit Eurydicen cupidisque amplectitur ulnis*) 55 *mellificas*] vox rara, cf. Colum. 9,8,7; Coripp. *Ioh.* 7,339 57 *vacuas distendant nectare cellas*] ~ Verg. *georg.* 4,164 (*liquido distendant nectare cellas*); *Aen.* 1,433 (*dulci distendant n. c.*) 64 *de sanguine natis*] ~ Ov. *met.* 4,786 (*de s. natos*); *trist.* 2,205 (*de s. natum*) 76 *volitare per orbem*] = Manil. 5,733 85 *retia tendens*] cf. eadem sede Ov. *am.* 1,8,69 (*r. tendit*); *met.* 8,331 (*r. tendunt*) et al. 86 *alticomans*] nl. 86 *mea tempora laurus*] = Ov. *am.* 2,12,1 88 *Romanae pater ille lyrae*] cf. Hor. *carm.* 4,3,23 (*Romanae fidicen lyrae*) 98 *Amphitrites*] de clausula cf. Catull. 64,11; Ov. *met.* 1,14 et al.; cf. etiam Rhod. *Arion* 99. 291. 800 (Αμφιτρίτας) 115 *accommoda vitae*] = Cypr. *Gall. exod.* 565; *deut.* 55; vide etiam Rhod. *Coc.lon.* 1, 218 116 *Christe, fave ceptis*] ~ Lucan. 1,200; 8,322 (*Roma, fave coeptis*) 117sq. *salve / aeternumque vale*] cf. Verg. *Aen.* 11,97sq. (*salve aeternum mihi, maxime Palla, / aeternumque vale*) 120 *post fata quiescunt*] cf.

eadem sede Ov. *am.* 1,15,39 (de Livore: *post fata quiescit*) **123** *sis felix*] = Verg. *Aen.* 1,330; Stat. *silv.* 2,2,107 et al. **124** *saevae contagio pestis*] cf. Rhod. *It.Lips.* 370 (*saevae contagia lurida pestis*) **126** *plenis spumet vindemia labris*] ~ Verg. *georg.* 2,6 (*spumat plenis vindemia labris*); cf. etiam Rhod. *It.Lips.* 5 (*calcata novo spumat vindemia musto*) **132** *sceptrigerij*] de epitheto cf. Homer. 8 (*sceptriger Atrides*); Sil. 16,244 (*sceptrigero cum rege*) **135** *donec mihi vita manebit*] = Ov. *lb.* 41 **143** *maximus Atlas*] = Verg. *Aen.* 4,481 et al. **146** *exuat artus*] cf. eadem sede Ov. *met.* 9,268 (*mortales Tiryntus exuit artus*) **147sq.** *supremum /... munus*] de iunctura cf. Ov. *met.* 10,134 **148** *habe munus*] cf. Ov. *ars* 1,557 (Bacchus Ariadnae dicit: *munus habe caelum*) **152** *postera ... aetas*] cf. sensu contrario Hor. *epist.* 2,1,42 (*postera respuat aetas*) **154** *cognita virtus*] = *Paneg. in Mess.* 1 et al. **160** *carmine laudem*] cf. eadem sede Verg. *Aen.* 8,287 (*carmine laudes*) et al. **162** de re cf. Rhod. *Tro.*² 20 (καρπὸν ἐπιστήμης τε καὶ ἦθεος ἡδὲ καὶ αὐδῆς) **164** *terra vale*] = Ov. *met.* 13,948 **171** *seros ... ad usque nepotes*] cf. Stat. *Theb.* 1,185 (*seros dimisit a. u. n.*)

Indexreferenzen

Christus 7, 84, 116, 134
 Chytraeus, David 27
 Domann, Johann 178
 Gerstenberger, Marcus 40, 142
 Gott 113, 131, 161, 181
 Harz 10
 Jena 147
 Muse(n) 5, 107, 151, 157, 161
 Neander, Michael 41
 Quintus Smyrnaeus 71
 Rhodoman, Lorenz tit.3
 Schlüsselburg, Conrad 177
 Stralsund 176
 Walkenried 9
 Warnow 26

Spondiaci

Amphitrites 98
 GERSTENBERGI 40

Monosyllaba

ME est 167
 hoc 33

Metrische Daten

Verse (gesamt)	182
Monosyllaba (lat.)	2
Spond. Verse (lat.)	2 (1.1%)
Zäsur PH (lat.)	166 (91.2%)
Zäsur KTT (lat.)	0
Zäsur andere (lat.)	16 (8.8%)
Hexameterschema (lat.)	DSDSD 23 (12.6%) DDSDD 17 (9.3%) DDSD 17 (9.3%) DSSSD 17 (9.3%) DDSSD 15 (8.2%) DSSDD 15 (8.2%) SDSD 13 (7.1%) SDDSD 12 (6.6%) DDDDD 10 (5.5%) SSSD 8 (4.4%) SDSSD 8 (4.4%) DSDDD 7 (3.8%) SSSD 7 (3.8%) SSSSD 5 (2.7%) SSDDD 3 (1.6%) SDDDD 3 (1.6%) SSSDS 1 (0.5%) DSSDS 1 (0.5%)

Rhod. Asp. (ed. Gärtner)

Gärtner, Thomas / Weise, Stefan (edd.) / Sahle, Patrick / Bunselmeier, Jennifer (2025): RHODOMANOLOGIA – Kritische Edition der griechischen und lateinischen Dichtungen von Lorenz Rhodoman. Wuppertal / Osnabrück.

CC BY-NC-SA 4.0

<https://www.rhodomaniologia.de/html/rhod-asp.html>

PDF erstellt am 31.07.2024